

SCRIPTA

Numéro Scripta : 427

Auteur(s) : Louis VII le Jeune, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1174, 24 mars-1175, 12 avril]

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Louis VII, désavouant les officiers royaux qui n'observaient pas les priviléges de l'abbaye de Jumièges, et après renseignements demandés aux cinq plus anciens bourgeois de Mantes, confirme les immunités dont cette maison jouissait à Mantes. En retour, les moines fourniront tous les ans au roi un esturgeon ou, s'ils n'en trouvent pas, un palefroi de 100 sous, sauf l'année où le roi prendra son gîte à Genainville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXIII, t. 2, p. 32-34.
- b. Société de l'histoire de normandie , Vernier Jules-Joseph, *Recueil de fac-similés de Chartes normandes, publiés à l'occasion du cinquantenaire de sa fondation (1869-1919)*, Rouen/Paris, A. Lestringant/A. Picard, 1919, Planche V, p. 10-11.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia Francorum rex. Regie congruit benignitati non solum ecclesiis conferre beneficia, verum etiam modis omnibus providere quod sua imperpetuum libere perfruantur, sibi indulta ab aliis libertate. Noverint itaque universi presentes et futuri quod abbas et monachi Gemmeticensis ecclesie hanc se ab antiquo habere asserebant libertatem quod de navibus vinum suum deferentibus aut de aliis rebus ad usus monachorum et ecclesie sue pertinentibus in eundo et redeundo nullam prorsus Medunte nobis aut alii debebant consuetudinem ; verum quoniam quidam ministeriales nostri, super hoc dubitantes, a predictis monachis et servientibus eorum quandoque pecuniam extorquebant. Ut omnis inde tolleretur ambiguitas, quinque de legitimis et antiquioribus burgensisibus Medunte, ex mandato nostro, tactis sacrosanctis, juraverunt quod predicti monachi pro navibus vinum eorum deferentibus aut pro rebus ad usus ipsorum et ecclesie sue pertinentibus nichil consuetudinis nobis aut alii Medunte debebant. Nos igitur, auditio burgensem nostrorum testimonio, predictam libertatem, sicut ipsi juraverant, benigne concessimus, prohibentes quod pro navibus vinum monachorum deferentibus vel pro aliis quibuslibet rebus quas famulus eorum ad usus monachorum et ecclesie deputatas, fide interposita, monstrare poterit, nichil a monachis vel famulis eorum exigatur, neque ullam Medunte reddant consuetudinem tam in eundo quam redeundo, immo ab omni consuetudine et exactione liberi transeant et redeant et immunes. Pro hac igitur immunitate, monachi et ecclesia reddent nobis annuatim unum sturionem si poterit invenire ; et quando non poterit repperiri, reddent nobis, loco sturionis, unum palefridum de centum solidis singulis annis, excepto illo anno quo procriptionem nostram capiemus apud Genesvillam. Quod ut perpetue stabilitatis obtineat munimentum, scribi

et sigilli nostri auctoritate precepimus confirmari. Actum Parisius anno ab incarnatione Domini. M^o. C^o. LXX^o. quarto, astantibus in palatio nostro quorum supposita sunt nomina et signa. S[ignum] comitis Theobaldi, dapiferi nostri. S[ignum] Mathei, camerarii. S[ignum] Guidonis, buticularii. S[ignum] Radulfi, constabularii.
Vacante(monogramme du Roi composé des lettres du mot HLUDOVICUS cancellaria.